

Vg  
5355



V  
L

D  
S.S.  
tu

Do

C



Gr. 190.

Gr. 190. 43

Q. D. B. V.

De



VIRTUTE HEROICA  
LUTHERI, MATTHIÆ FLACII  
ET JACOBI ANDREÆ, XIII, 29.

DISSERTATIO HISTORICA,

Quam

Annente divinâ gratiâ

Et consentiente Amplissimo Philosophorum Ordine

in Academiâ Lipsiensi

sub PRÆSIDIO

*Viri Maximè Reverendi, Amplissimi & Excellentissimi,*

DN. VALENTINI ALBERTI,

S.S. Theol. Doctoris celeberrimi, ejusdemque Prof. Publ. Extraordinarii, Logicæ ac Metaphysices Ordinarii, Facultatis Philosophicæ Affessoris, Collegii B.V. Senioris, Academiae Decemviri, & Alumn.

Electoralium Ephori,

*Domini Patroni, Præceptoris ac Evergetæ sui filiali cum observantiâ eternum devenerandi,*

placidæ eruditorum disquisitioni

subjicit

*Autor - Respondens*

CHRISTIANUS AMOS BÜRGERUS,

Dresdâ Misn. Alumn. Elect. Ph. Bacc. & Mag. Cand.

Ad d. XX. Januarii ANNO MDC LXXVIII.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,

Typis CHRISTOPHORI GÜNTHERI.



SUPREMI ELECTORALIS,

quod Dresiæ est,

CONSISTORII ECCLESIASTICI,

Domino PRÆSIDI Eminentissimo,

*Illustris. & Generosiss. Domino,*

DN. CAROLO LIB. BARON. à Friesen/

in Röthau, Cotta &c. Dynastæ

Sereniss. ac Potentiss. Saxon. Elect. Consiliario Intimo inqve Curiâ

Provinciali Lipsiensi Supremo Judici,

*ut &*

DNN. ASSESSORIBUS ejusdem ac SENATORIBUS

longè gravissimis,

DN. ADAMO CHRISTOPH. JACOBI,

in Tschela/Gröbern & Niederzähra Toparchæ,

JCto famigeratissimo, SER. Elect. Saxon. in Appellationum

Judicio Consiliario,

DN. JOHAN. GEORGIO NICOLAI,

JCto itidem celeberrimo.

DN. JOHANNI ANDREÆ LUCIO,

SS. Theol. Doctori, Potentiss. Saxon. Electori à Confessionibus Sacris &

concionibus Aulicis primariis,

DN. SAM. BENED. CARPZOVIO,

SS. Theol. Doctori, Ecclesiæ Dresdensis Pastori, vicinarumqve

Superintendenti benè merentissimo,

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO,

*Dominis Patronis, Promotoribus atq; Evergetis devotissimâ*

*cum observantia animi perpetim suspiciendis,*

*devenerandis,*

exiguum hocce Specimen Academicum

offero sacrumqve esse cupio




C. A. Bürger / Autor.



Ad Præstantiss. Dn. RESPONDENT.

Magisterii Candidat. Digniss.

PRÆSES.

oties cogito, cogito autem sæpius, quàm mirabilis sit Dei bonitas in Ecclesia protegenda, toties lætitiâ perfundor, quanta solet esse, cum est maxima. Vim quidem & potentiam hostium haud exiguam esse video; at si tamen quàm à portis inferorum, eam non dependere, simul deprehendo. Hæ itaq; quid valebunt adversus Altissimum? Perfidia & insidie inimicorum videntur etiam maximæ esse innumeræq; Autorem tamen haud alium habent quàm antiquum serpentem, cujus caput jamdudum contritum est à capite Nostro Jesu Christo. Quid igitur nobis, membris ejus tenerrimis charissimisq; nocebunt? Hæc verò solatia cum divina prorsus sint atq; summa; multum tamen augentur illa in nobis hominibus, quando ministerio hominum Ecclesiam hodiè à Deo conservari, decenter observamus. Idem nimirum, qui Rex Noster est, etiam frater noster est, fratresq; nos suos per ipsos fratres nostros tuetur & defendit. Quid gratius nobis esse posset atq; acceptius? In his autem meditationibus totum me defixum fuisse, cum Tu, Dilectissime Bürgere, argumentum dissertationis Academicæ à me requireres, haud dissimulo; nuntiò nimirum è Patria meâ nova minùs bona de Statu Ecclesiæ afferente, quorum tamen *μορμολύκειον* historia superiorum temporum, post verbum Dei à

me consulta, omni facile terrendi vi spoliabat. Hinc ex Heroibus, qui mihi tum in mentem venerant, aliqui, quos in cathedram adduceres, nostrosque adeo Protectores ipse defenderes, Tibi à me fuerunt commendati; Lutherus imprimis, tum Flacius etiam atque Andrea, qui suo ævo veri Augustini & hæreticorum mali fuere; cum hæc quidem vice summorum Principum, qui Constantinos nobis Theodosiosque reddiderunt, ingentia merita debite describere non fuerit integrum. Nec erit spero, propter quod vel me consilii mei vel Te laboris tui jure pœnitere possit. Ita enim illustrem hanc elaborasti materiam, ut si scopum Tuum saltem delineavero, Te ab eo non aberrasse, quilibet inter legendum facile sit agniturus. Voluisti nimirum non de omnibus Ecclesiæ nostræ togatis Heroibus, sed de iis tantum, qui superiori eminuerunt sæculo, hic agere: Unde sicco pede transiliendi fuerunt illi, quos nostra tulit ætas; sistendi verò post Lutherum, ipsius Reformationis, post Deum, Autorem O.M. Matthias Flacius & Jacobus Andrea, quippe quòd per illum Interimistica insidia nataque inde certamina intestina, per hunc reliquæ illorum, Principum pariter atque Theologorum animis ad Formulam Concordiæ componendam atque recipiendam dispositis, heroico prorsus spiritu victæ fuerint atque triumphatæ. Deinde in singulis observandum Tibi fuit, quod in omnibus virtutis heroicæ exemplis est præcipuum, illud quasi centrum factorum fortium, quorum intuitu titulus Herois alicui tribuitur. Nævus itaque, si quò forte non caruit unus aut alter ex Heroibus nostris, obstare non potuit, quò minus in hoc fastigio collocarentur illi à Te atque defenderentur. Denique cum in Heroibus, ratione imprimis concursus divini atque eventus habitæ, illa quoque revera sint Heroicæ, quæ si ab alio fierent, pro talibus haberi non possent; Tu in recensendis hujusmodi, vulgaribus quidem, si obiter inspiciantur, sed verè heroicis quibusdam factis aberrare haud potuisti, quædam tamen ex iis, cum propè modum sint innumera, facile quoque transilire ac intacta relinquerere potuisti, adeò ut ego non tantum

deme-

demere, sed & addere nihil possum, prater solemne illud meum:  
Feliciter!

## CAPUT. I.

De

### MARTINO LUTHERO.

§. 1.

**Q**uemadmodum non ad summa nisi natus erat Megalander, neque angustis hinc contineri tantum fidus spatii poterat: ita & summa semper ac ubique in ipso vis ingenii eluxit, nec in labris, sed in pectore oratio nasci visa est; ceu loquitur de eo Phil. Melanchthon in *vitâ Luth. præfationis loco Tom. II. Lat. Witteb. præmissâ, fol. 5.* Tantus enim in dicendo fervor, tanta in docendo solertia, tantus in refutando ardor erat, ut discedere discipuli, non nisi doctiores, hostes non nisi victi, possent. Maximè autem Togatâ, quam vocamus, Fortitudine in Reformationis negotio fuit illustratus; ubi sanè non arma sumi voluit, sed docendo præliatus est ipse. Melanchth. *l. c. f. 8.* Cujus quidem rei vestigia extant quamplurima.

§. 2. Patet enim Fortitudo cæteraque Virtus Lutheri Heroica tum ex sermonibus & scriptis, tum ex operibus & factis, tum ex ipsâ, quam ab hostibus & adversariis reportavit ubique, victoriâ.

§. 3. Sermones ipsius heroici Spiritus pleni, & scripta animosè composita, invictum omninò Heroem enuntiant.

§. 4. Nam hîc solius Scripturæ S. & verbi divini fundamento nitus est atque confisus; verumque quodammodo in se deprehendit, quod prædixerat Servator discipulis *Matth. X. 19. 20.* cum steterint coram Regibus, ne cogitarent, quid aut quomodo loquerentur, quandoquidem per eos loquatur Spiritus patris sui. Cùm igitur Ao. 1521. à Cæsare Wormatiam evocaretur, quò *iturum* se dixerat, *etiamsi tot diaboli ibi forent, quot tegule in tectis*; ubi quoque cantionem Ecclesiasticam composuit: *Eine veste Burg ist unser Gott* &c. conf. hîc Sleidan. *Lib. III. Comm. ad A.C. 1521. p. 56. 57.* quæsitus jussu Cæsaris ab Eccio, num quicquam eorum, quæ (Scripturæ quidem S. ubique conformia) scripsisset, retractare vellet, planè respondit, assidentibus Cæsare & principibus, heroicè: *Hæc est mea sententia: nisi scripturæ testimoniis vel evidenti ratione convictus fuero, non possum quicquam eorum, quæ vel scripsi*

I.  
Lutherus

Heros

I.) In sermonibus & scriptis ubi  
a) heroica super scripturam fundatio.

vel docui, revocare. Nam ut conscientiam meam vulnerem, non committam. Pontifici autem Rom. & solis Conciliis non credo: quæ & errarunt sæpius, & sibi ipsis contraria tradiderunt; captâ & conscientia in verbis Dei, neq; volo neq; possum quicquam, cum contra conscientiam agere, neq; tutum sit, neq; integrum; Die steh ich / ich kan nicht anders / Gott helff mir / Amen! vid. Tom. I. Altenb. Opp. Luth. p. 719. seqq. conf. omninò Sleidan. Lib. I. Comment. de Statu Relig. ad A. C. 1518. p. 11. Ibidem coram Episcopo Trevirensi d. 24. April. animosè hæc verba protulit: Viri Principes, Constantiense Concilium etiam, quæ Hussus rectè & Christianè dixit, condemnavit. Quidvis ergo sanè patiar, vitam quoque profundam potius, quàm ut à manifesto Dei verbo discedam: Est enim DEO magis, quàm hominibus obtemperandum: quod verò de scandalo objicitur, id neque possum, neque certè debeo præstare. -- Veritas enim & æterni patris voluntas atq; mandatum dissimulari non debent, etiamsi totus orbis offendatur. vid. l. c. Luth. p. 724. & Danhau. Thaumaf. Luth. memor. renov. c. X. p. 64.

§. 5. Quoniam itaq; Lutherus certus erat de verâ sententiâ, cedere non poterat; uti ipse ad Colloquiū Marpurgense vocatus, scribit. Melch. Ad. p. 136. vit. Luth. Sciebat enim certò, & firmissimè persuasum sibi habebat, verbum Evangelii sui non à se, sed ab ipso DEO profectum esse, Tom. II. Altenb. f. 95. Inde qui in hæc causa firmissimè DEO confidat, eum fortissimè se suosq; defensurum: neq; enim huic causæ ullum gladium consulere aut opem ferre posse. Solum Deum hîc gubernare & agere oportere, sine ullâ solitudine & auxilio humano: in Epistolâ ad Elect. Saxon. Fridericum graviter scriptâ, quæ vid. Tom. II. Altenb. 90. 91. 92. Benè itaq; de eo D. Thummius in Luth. Thaumaf. p. 191: In agone, inquit, Lutherus unico verbo DEI innixus, tanquam lapideū littus contra refluos tentationū fluctus ita perstitit, ut in defendendâ veritate divinâ cesserit nulli, sicut verba ipsius, ac verborum exitus, planè heroicis id testatum fecerunt, quando ita triumphat: ( Tom. V. Jen. f. 298. ) Diesen Artikel / der Glaub allein ohn alle Werck / macht für Gott gerecht / ( quem præcipuè contra indulgentiarum nundinatores urgebat ) soll lassen stehn und bleiben der Römische Kayser / der Türckische Kayser / der Tartarische Kayser / der Persen Kayser / der Pabst / alle Cardinal / Bischöffe / Mönche / Nonnen / König / Fürsten / Herren / alle Welt / samt allē Teufeln / un sollen das höllische Feuer dazu haben auf ihren Kopff &c. Item: Christus Wort a ill ich mit frölichen Herzen und



und frischen Muth verantworten / niemand angesehen; Dazn mir  
 Gott einen fröhlichen unerschrocknen Geist gegeben hat / Daß ich ir  
 nicht betrüben werde / hoffe ich ewiglich. Rufus p. 54. 55. citat ver-  
 ba ex Tom. II. Jen. fol. 161. b: Es sollen diesem Evangelio / des  
 ich Martinus Luther geprediget hab / weichen und unterliegen  
 Pabst / Bischoff / Pfaffen / Mönch / König / Fürsten / Teufel / Tod /  
 Sünde / und alles was nicht Christus und in Christo ist / das sich  
 nichts helffen. Sæpius equidem super veritate suæ doctrinæ, cum ten-  
 tationibus conflictatus fuit; sed confirmatus postmodum in corde suo  
 ambigere nunquam potuit. Verba ipsius ita habent: Wie oft hat  
 mein Herz gezappelt / mich gestrafft / und mir sürgeworffen ihr einig  
 stärckest Argument: du bist alleine klug? solten die andern alle irren /  
 und so eine lange Zeit getret haben? wie wann du irreist / und so viel  
 Leute in Irrthum führest / welche alle ewig verdamt werden? Bis so  
 lange mich Christus mit seinem Wort befestiget und bestetiget hat /  
 daß mein Herz nicht mehr zappelt / sondern wider diß Argument der  
 Papisten als ein steinern Uffer wider die Wellen sich auflehnet / und  
 ihr Dräuen und Stürmen verlacht. Tom. II. Jen. f. 9. b.

§. 6. Spectat huc Epistola ex patmo suâ de Comitibus Augusta-  
 nis ad Georg. Spalatinum perscripta, ubi inter alia hæc habentur: Fu-  
 rere isthic & fremere Reges, principes, adversus Christum Domini, felix  
 omen puto, ac multò melius, quàm si blandirentur. Sequitur enim: qui  
 habitat in caelis, ridebit eos. Hoc autem principe nostro illos ridente,  
 non video, cur nobis flendum sit à facie eorum. Ridet enim non sui, sed no-  
 stra gratiâ, ut & nos potius fidentes rideamus eorum consilia; in tantum  
 est opus fide, ne causa fidei sit sine fide. Sed qui cæpit hoc opus, is cæpit certè  
 abrog. consilio & studio nostro. Idem hætenus protexit: & gubernabit su-  
 pra & præter nostra consilia & studia; ille ipse est, qui perficiet & absol-  
 vet idem extra & ultra nostra consilia & studia, de quo nihil dubito.  
 Scio & certus sum, cui credo, qui potens est facere supra quàm nos  
 petimus & intelligimus. - - Es muß nicht heißen: Sic ego Philippus;  
 (loquitur de Melanchthone) Das Ego ist zu gering; es heißt sic: Ego  
 ero qui ero; Man siehts nicht / wer er ist / aber er wirds seyn / so wer-  
 den wirs sehen. Tom. V. Altenb. p. 167.

§. 7. Adversariorum conatus, minas ac terrores, summaq; pe-  
 ricula, inò mortem ipsam non reformidavit, sed ipsos potius irrisit.

§. 8. Quod enim Melch. Adamus, Calvinianus homo, invitâ Luth.  
 de ipso testatur: Fuit summi bujus viri ingenium acre & Sagax: animus  
 ingens

b) Heroic9  
 hostium  
 contempt9.

*ingens & excelsus, in veritate agnitâ constans : à cuius confessione nec minis nec pollicitationibus potuit dimoveri : p. 158. id verissimo verius esse, tot tantaqve relicta eloqvuntur monumenta. Fuit enim hæc insignis in Luthero virtus prædicanda, quòd publicis implicatus periculis, ingenti animi robore præditus cerneretur; teste ipsomet Melanchthone, amico dulcissimo. Inde nullus tum subibat metus, cum à Trevirensi præfule propositum mutare suum juberetur, & scriptis editis renuntiare; quin potius libros suos & articulos propositos tueri se velle affirmavit, etiam cum presentissimo vitæ periculo: non obstante, quòd iis similes, quin iidem esse dicerentur, quos Constantiense Concilium antea in Husso damnasset. vid. Tom. I. Altenb. p. 726. Quis adeò non divinâ Lutherum luce gubernatum fuisse cum Melanchthone fateatur, qui tam constanter medios inter terrores mortis intra metas doctrine cœlitus traditæ manserit? in præfat. ad Tom. II. Opp. Luth. Witteb. Lat. f. 9.*

§. 9. Odio nimirum, & quidem ex amore solius Dei, prosequeretur plusquam Vatiniano gentem Pontificiam; hinc eò magis veritatem verbi ab ipsis labefactatam fulcire aggressus est; spretis omnibus illorum minis atqve terroribus. Inde in *Epistolis*, quarum sanè multas gravissimè scripsit, spiritu ac vitâ plenas, quæ thesaurus sunt salutarium & efficacissimarum consolationum, (M. Ad. d. l. p. 140.) toties id fatetur. Ad Spalatinum certè Anno 1519. cum diræ papales undiqve ipsum premerent, animosè sic scribit: *Sciant, etiam si me pellexent diris suis è Wittembergâ, nihil effecturos. A me quidem, jactâ mihi aleâ, contemptus est Romanus furor & favor: nolo eis reconciliari, nec communicare in perpetuum; damnent exurantq; mea. Ego vicissim, nisi ignem habere nequeam, damnabo, publiceq; concremabo jus pontificium totum, i. e. lernam illam hæresium & finem habebit humilitatis exhibitæ, hætenusq; frustratæ observantia, quâ nolo amplius inflari hostes Evangelii: Tom. I. Epist. Luth. p. 286. b.*

§. 10. Anno 1522. ex patmo Wittebergam reversus, impatiens moræ atqve innovationum, causas reditus ad Electorem Saxon. exposuit literis; ubi inter alia *πληροφoρiαν* suam ita exprimit; *Certò scio, inqviens, & firmissimè persuasum mihi habeo, meum Evangelium nullum genus mortis aut persecutionis, DEO juvante, mihi excussurum, aut docturum diversa. Et videor mihi rectè divinare: nullis terroribus aut sevitiâ hanc lucem aboleri posse. T. II. Altenb. f. 95.*

§. 10.

§. 11. Nec aliter se gessit in libro adversus falso nominatum Episcoporum ordinem sub idem tempus edito; ubi gravissimè adversus eos loquitur: tyrannide nempe nihil ipsos effecturos, neque se vel Papæ anathemate, vel Cæsaris proscriptione moveri; imò Evangelii doctrinam subinde latius se propagaturum, idque eò animosius, quò vehementius illi resistent, nec extinctum iri Evangelium, etiamsi ipsum occidant. DEUM autem ipsos, si insanire pergant, gravissimè puniturum. Extat scriptum T. II. Opp. Luth. Witteb. p. 330. vid. Sleidan. L. III. p. 73. 74.

§. 12. Joh. Hesium, Vratislaviæ docentem Evangelium, contra insultus hæreticorum, & cum primis contra Schwenckfeldii & Crautwaldii scandalum fortiter erecturus, quàm heroicis gerat spiritus, egregiè his declaravit verbis: *Verum dicis*, inquit, *mi Hesi, daß bißhero ei tel faule Teufel gewesen sind. quia pugnatum est hætenus in causis prophanis extra scripturam: ut de papâ, purgatorio aliisque nugis; nunc ad seria ventum est, & ad victam pugnam de rebus intra Scripturam positis. Hic jam draconem pugnatem videbimus, vel congregiemur potiùs ipsi, Duce Michaële in cælestibus, ubi terciã partem stellarum trahet sua cauda in terram; hic jam vires in Christo requireret res ipsa. Hic Satanas quis sit, quantum sit, cognosces, quem hætenus non satis vidisti, neque satis cognovisti. Schwenckfeldius servatus est ad hæc mala cum suo Crautwaldio, quod doleo mirum in modum; sed fundamentum DEI stat firmitus, habens signaculum hoc: Novit Dominus, qui sunt ejus. Hæc nostra esto consolatior & insultatio adversus istas portas inferorum. Conf. Tom. II. Epist. p. 315. b.*

§. 13. Post editum Anno 1526. libellum: quòd verba Christi: H. E. C. M. ad huc firmiter stent; hæc ad Spalatinum: *Non dubito, quin vehementer commoverim Sacramentarios; videor enim & mihi, quamvis verbosus & modicæ eruditionis liber sit, me eos tetigisse. Bucerus autem & antea virulentissimas in me scripsit literas ad Justum Jonam: prorsus Sathan est Lutherus: quid putas facient, libello isto stimulati? Sed Christus vivit & regnat, Amen! Tom. II. Epist. p. 331.*

§. 14. Inimicus erat Luthero ejusque doctrinæ Dux Sax. Georgius, hostis & Antagonista magni nominis; cum quo gravissima Luthero intercescit controversia; quam tamen noster, fretus bonitate causæ, parum curavit; quod inter cetera hoc ostendit ipso, quando, nec Bullam pontif. nec proscriptionem moratus Cæsaream, ex patmo Wittebergam rediens ad Elect. Saxonie Fridericum h. m. scribit: *Wann die Sa-*  
B che

che zu Leipzig stünde / (qvæ tunc spectabat ad Georgium, S. D.) so wolte ich doch hinein reisen / wenn es gleich 9. Tag: lauter Herzog Georgen regnete / und ein ieglicher were 9. fach wütender / wie dieser ist. vid. Müller. *Luth. Defens. c. 28. p. 357. sqq.*

§. 15. Notabilia quoque sunt verba, & heroicum planè animum indicant in Luthero, qvæ extant *T. III. J. G. p. 335.* Wohlan / alle zusammen / welche zusammen seyn / und zusammen gehören / Teufel / Papisten und Schwärmer / uf einen Hauffen / nur frisch auf den Luther zu / ihr Papisten von vornen her / ihr Schwärmer von hinten zu / ihr Teufel von allen Enden dran / hehet / jaget / treibet getrost / ihr habt das rechte Wild für euch / wenn der Luther liegt / so seyd ihr gesessen / und habt gewonnen. Ich sehe doch wohl / daß alles verlohren ist / es hilfft kein Schelten / kein Lehren -- Wohlan / so gelte der Troß im Nahmen Gottes / wen es gereuet hat / der lasse ab / wer sich fürchtet / der fliehe; Mein Rückhalter ist starck genug / das weiß ich / ob mir schon die ganze Welt anhienge / und wiederumb abfiel / das ist mir eben gleich / und dencke / ist sie mir doch zuvor auch nicht anhangen / da ich alleine war. *conf. Müll. l. c. p. 358. sq.*

§. 16. Verus papatus Triumphator Lutherus; qui exclamare rectè poterat: *O infelix papatus! Hic jaces, jaces inquam: hic leo mortuus, qui totum mundum antea à terrebas rugitu solo, nunc barbam tibi vellunt etiam catuli & mures. T. II. L. J. p. 374.*

§. 17. Transeo jam ficco pede tentationes, quas sustinuit, creberrimas, vehementissimosque insultus diabolicos, superatos ab ipso omnes heroico spiritu felicissimè: ut adeò jure suo quodam Lutherus *Heros audiat inclytus ob mirandas animi dotes, animo infractus, impavidus, ad ardua aggredienda & suscipienda promptus, DEO unice confisus, Heroicus, contemnens minas, obrectationes, exilia, vincula, mortem ipsam; sunt verba B. Danhau. Memor. Thaumaf. Renov. c. X. p. 53.*

e) Heroica  
in angu-  
stis con-  
stantia &  
magnani-  
mitas.

§. 18. *In rebus porrò angustis non desperavit ipse; Ad constantiam strenuè adhortatus est alios, & afflictis subvenire gestiit.*

§. 19. Notum, quòd Anno 1522. Lutherus in arcem Wartburgum, expectationi tum quoque destinatum, quò delitesceret meliùs, sit delatus: quòd exilium suum tam pertulit fortiter, ut nec tum animum circa Reformationis opus despōderet, ut potiùs nervos regni pōtificii, missas quippe privatas & vota monastica, scriptis suis inciderit. vid

Adamus

Adamus p. 121. & Sleidan. omninò *Lib. III. p. 66. fq.* Testatur quoque ipse in Epistolâ quâdam ad Melanchthonem, se in privatis luctis infirmiore, Philippum fortio rem esse: contra in publicis hunc talem, qualis sit ipse in privatis. -- Nam tu (pergit ad eundem) vitam tuam contemnens, publicæ causæ metuis: ego verò de publicâ causâ (circa quam verlabantur t. t. Augustana Comitata,) magno & otioso animo sum, qui scio certò, ipsam esse justam & veram, denique ipsius Christi & Dei, quæ non sic pallet rea peccati, sicut ego, privatus sanctulus pallere & tremere cogor. Proinde penè securus spectator sum, & istos minaces ac feroces Papistas non hujus facio; si nos ruemus, ruet Christus unà, scil. ille regnator mundi. Et esto, ruat; malo ego cum Christo ruere, quàm cum Cesare stare. Neque vos soli hanc causam sustinetis, certè fideliter adsum vobis gemitibus, & precibus, utinam & carne liceret (tenebatur enim tùm temporis Coburgi) Quare te per Christum oro, ne ita negligas promissa, & solatia divina, ubi dicit: *Jaeta super Dominum curam tuam: expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum.* Es wird ja nicht falsch seyn / das weiß ich fürwahr: quòd Christus sit victor mundi. Quid ergò victum mundum sic formidamus, quasi victorem? Solte einer doch einen solchen Spruch uf seinen Knien von Rom und Jerusalem holen &c. vid. hanc Epistolam *Tom. V. Opp. Luth. Altenb. f. 163.* Prolixè similiter in aliâ epistolâ, (cujus initium: *Gratiam & pacem in Christo, in Christo inquam, non in mundo, Amen!*) præsentiam animi ac fortitudinem Melanchthoni in statu rerum turbulento svadet; curas simul, quibus se macerabat, inutiles exprobrat. conf. omninò *l. c. f. 166.* & quæ notabiliter ibi scripta extant vel maximè huc spectare, patefcet. Desinit autem Heros noster *ibid.* in his verbis: *Si audiero rem malè affectam apud vos fore, & periclitari, vix continebo, quin advolem, visurus istum gyrum dentium Sathanæ formidabilem, ut Scriptura dicit. Ex Ere mo nostrâ fer. II. Johannis. 1530.*

§. 20. Præterquàm verò quòd Philippum conjunctissimum solidè crexerit: in defendendo veræ Religionis thesauro alios quoque informavit ac adhortatus est. Cara sibi cum primis erant capita *Studiosi Wittenbergenses*; hinc curæ cordiqve habuit vel maximè, de vitando errore Pontificio ipsis prospexisse. Quapropter postridie ejus diei, quàm jus combustum fuisset Pontificium, Auditores suos vehementer admonuit, ut, quàm cara ipsis salus animæ esset, à statutis Pontificiis caverent; rationibus additis validissimis: vid. eas *Tom. 1. Alt. f. 540.*

§. 21. Anno 1522. ad *Bohemos* epistolam scripsit gravissimam, quâ eos ad constantiam hortatur in agnitâ veritate: (intellexerat enim nonnullos desciscere rursus ad Romanæ sedis dogmata constituisse) & ne vanâ spe pacis ad Antichristum deficiant: dehortatur simul, ne reos sese faciant innocentis sanguinis Joh. Husi & Hieronymi Pragensis. vid. hanc Epist. T. II. Opp. Luth. Altenb. f. 187. b. 188. 189. a. conf. Sleidan. L. III. p. 72.

§. 22. Tum temporis quoque anno scil. 1525. in Epistolâ quâdam *Livonos*, quibus jam doctrina Evangelii patefacta erat, præmonet, atrocissimas ipsis quoque persecutiones subeundas fore; ad quas sustinendas ut sese præparent, animumque obfirmatum habeant, atque in agnitâ veritate Evangelicâ fortiter perseverent, graviter ac piè cohortatus est: T. II. Altenb. f. 903. 904. 905. a.

§. 23. Coburgi detentus tempore Augustanorum Comitiorum, admonitionem ad Germanos scripsit; *Warnung an seine liebe Deutschen* / quâ hortatur eos planè heroico spiritu, ut pacem colant, nec impio edicto in persecutione doctrinæ Evangelicæ & innocentum principum ac Ecclesiarum suis armis juvandâ, obedirent &c. legitur illa T. V. Opp. Altenb. f. 529.

§. 24. Biennio post *Oschatienses* ac cives *Exules Lipsienses* scripto consolatur admonetque, ut præsentem fortunam moderatè ferant: & simul DEO gratias agant, qui vim istam mentis, atque constantiam ipsis sit largitus: non fore perpetuum hoc neque solidum gaudium adversariis Evangelii: sed omnium opinione citiùs interiturum; & adhuc quidem omnes illorum conatus irritos fuisse, ac singulari DEI beneficio concidisse demonstrat. vid. hæ Epistolæ T. VI. Altenb. f. 1. & 9.

d) Heroica  
Antichristi dete-  
ctio.

§. 25. Papam quoque apertè Antichristum illum magnum nominavit, nempe Anno 1520. in Tract. adversus Bull. Pontif. edito, ubi Titulus ita habet: *Wider die Bullen des Endchristi D. M. &c.* vid. Tom. I. Altenb. f. 531. sqq. Quod vel maximè Heroici *τεκμήριον* animi est, eò quòd extirpare penitus, non tantùm persequi constituerent eum Pontificii, qui tale quid de suo Ecclesiæ Capite protulisset. Ecquid autem illa rassa phalanx nocere Luthero valuit? Ipse enim

*Lutherus decimum confecit strage Leonem:  
De clavâ noli quærere: penna fuit,*

O quam

O quàm verè in nostrum quadrant, quæ Epitaphii loco esse Luthero non nemo voluit:

Qui solo sacræ munitus fulmine lingvæ,  
Roma tuus terror, papa, tuusque fuit.  
Cujus non unus famæ vix sufficit orbis,  
Hujus in hoc tumulo repperis ossa loco.  
Vis funebre decus? quantum est! contempsit honores;  
Vis pompam? pompam non voluisse stupe.  
In terrâ terram qui non cognovit, iturus  
In cœlum, terræ qui meminisse potest.  
Jactat sæpè suos Reges & terra triumphos,  
Saxo Lutherum, quo sibi jactet, habet.

Indeq̄ve & Melanchthon, visâ Lutheri effigie, in hæc prorupisse admirabundus verba fertur:

Fulmina erant lingvæ singula verba Tuæ.

Conf. Celich. *post. p. 199.*

§. 26. Abeat ergò cum cavillo suo Erasmus; qui ab Electore Saxon. Friderico, gloriosissimæ memoriæ, quem rectè Mel. in *præfat. T. II. Opp. Luth. Lat. Witteb. f. 6 omnium nostræ ætatis Principum verè Fridericum & tranquillitatis publicæ amantissimum* appellat, quid de Luthero sentiret, quæsitus, *nimum violentum ac vehementem eum in contentionibus Evangelicis videri, seq̄, adeo in ipso nil præter lenitatem desiderare* respondit. Quòd rectè Adamus *p. 114. Vit. Luth. senile iudicium* vocat. Neque enim vitio cedebat hæc vehementia Megalandro, sed Heroicam ejus virtutem potiùs manifestabat. Adde, quod non leniter & placidè, sed ardentè ac masculè in causâ fidei & Religionis pugnandum, fortiterque agendum sit contra hæreticos.

§. 27. Sed elucescit porrò Heroica Lutheri virtus ex *operibus & factis*. Quando quidem enim ex DEO erat opus ipsius firmum omnino & indissolubile inveniebatur; quod hâc ipsâ conditione posita, prædixerat ei Albertus Archiepisc. Mogunt. in Epistolâ ad Luth. datâ an. 1520. quæ habetur *Tom. I. Altenb. p. 349. seq̄.* Hinc etiam Megalander rei suæ tantoperè confisus, ut totius doctrinæ suæ coram Legato Pontificio, modò idoneè sibi caveatur, rationem reddere minimè vereretur, & si demonstretur error, sententiam mutare; ceu de ipso ad D. Ditleben Elector Sax. Fridericus scribit: vid. *T. I. Opp. Altenb. p. 152.*

2) In Operibus & factis:

quæ præstitit

O quàm

B 3

§. 28.

a) in genere, ipso Reformationis opere, cuius considerantur

§. 28. Celebranda autem veniunt fortia Lutheri facta, tum quæ præstitit in genere, tum quibus in specie inclaruit.

§. 29. In genere, ob totum Reformationis opus Heros vocandus est; Ad illam enim suscipiendam extra ordinariè virtute singulari inter-  
no divinoq; motu à Sp. S. fuit stimulatus: uti loquitur Danhauer. l. sup. cit. c. X. p. 55.

1) Initia.

§. 30. Fortissimè (1.) illam inchoavit; cum nempe ad ἀρχὴν pervenisset impudentissima illa indulgentiarum, propolâ Jo. Tecelio, nundinatio. Et tenuia quidem videbantur initia, cum unus tanto se opponere secus sentientium gregi conaretur. Sed vix affixæ erant valvis theses Lutheri, cum non pauci rei veritate agnitâ in partes ipsius transfirent. Atq; sic veluti tubâ signo dato prædicatio Evangelii initia sua cepit, quâ oppugnavit postmodum Lutherus muros Romane sedis; sunt verba Danh. l. c. p. 57.

2) Successus.

§. 31. Patet heroica Thavmasiandri Fortitudo (2.) ex successu tanti operis felicissimo: ubi Lutherus divinâ multum adjutus ope fuit, illâq; tanquam munimento defensus, & tanquam alicuius protectus, ac telis, ut ita dicam, armatus fuit. Danh. l. c. p. 58. Quam exiguo enim temporis spatio ministerium Lutheri commoda orbi attulit Christiano egregia nec prædicanda satis? Insignis omninò mutatio illa notari meretur, quæ An. 1539. in ditionibus Electorum Saxon. contigit, ita, ut, cum feriis Paschalibus docuissent in hac ipsâ urbe Pontificii, quorum fidem profitebatur Dux Sax. Georgius; festo insequenti Pentecostes, hoc mortuo, & præter voluntatem Henricum fratrem, Lutheranis addictum, successorem nacto, in suggesto ibidem starent & docerent Lutherus atq; discipuli. Cum enim ille Reformationis fecisset, initium, colophonem addidère alii; Melch. Ad. p. 149.

3) Universalitas.

§. 32. Nec minùs Heros noster (3.) Ex Reformationis universalitate. Universale fuit hoc opus tum ratione *subjecti*: quoscunq; enim Lutherus noverat veneno alicujus hæreseos infectos; hos ad sanio- rem mentem redire, inq;ve viam reducere allaboravit strenuè. Tum ratione *objecti*: ubicunq; enim noxia aliqua doctrina deprehenderetur, eam refutare, destruere, rectumq; & bonum instillare verbum suscepit. Quemadmodum & melioris commodi ac fructus ergò, in hoc negotio sperandi, Aug. Conf. thesaurus ille auro contra carior, cujus Autor quoad materiam Lutherus potissimum fuit, an. 1530. Cæsari exhibita, & qui-



& quinam articuli cum dogmate aduersariorum stare non possent, demonstratum fuit; ut aded certum cuilibet esset Symbolum, juxta quod de veritate Religionis & puritate doctrinae judicari queat. Tum ratione *loci*: Sonus enim eorum exiit in omnem terram *Pf. XIX, 5.* Nec hodie facile locus aliquis, ubi non ad minimum aliqui & pauci, verum DEI cultum, Lutheri opera ex tenebris erutum, agnoscant & profiteantur. Tum temporis sane in Bohemiâ statim, Sveciâ, Livoniâ, Borussia; aliisque in regionibus, non solum in Misnicis & Saxonis ditionibus, prædicari Evangelium cœpit.

§. 33. *In specie tamen quibusdam factis heroicis Lutherus laudem & gloriam meritus est.*

b) In specie

§. 34. Atque hic eminent I. statim *Ingenua librorum suorum confessio, & mediis in periculis fortissima defensio*, quam ex Responsione, Eccio in Comitibus Wormatiensibus datâ constare satis, arbitramur: vidimus eam suprâ §. 4. indeque non est, ut h.l. repetatur. conf. tamen solennem de abjurandis illis, si convictus esset, asseverationem apud Sleidan. *Lib. IV. Comment. ad Ann. C. 1521. p. 58.*

a) Ingenua & intrepida scriptorū suorum confessio.

§. 35. Succedit II. *Iter Augustanum* Anno 1518. ad Cardinalem Cajetanum tum Legatum Pontificium susceptum, ubi cum tria ex ipso quærerentur (vid. *T. I. Alienb. p. 122. Sleidanus l. c. Lib. I. p. 9.*) & adhortationes ad revocandum à Cardinali adjicerentur; ipse tamen, quoniam Scripturis non vincebatur, in sententiâ perstitit; non obstante, quod gravi cum objurgatione Cajetanus eum antea dimisisset; nec prius in suum conspectum redire juberet, quam revocasset: vid. *l. c. pag. seqq.*

β) Iter Augustanum.

§. 36. Præclarum, quod animum Lutherus heroicum explicavit, argumentum ob oculos nobis sub id tempus ponitur. Cum enim Augustam venisset, ac de consilio suorum, quibus à suo principe erat commendatus, in tertium usque diem expectasset fidem publicam, misit Cardinalis quendam, qui Lutherum ad se vocaret. Ibi cum negaret hic se venturum citra impetratam fidem Cæsaris: commotus ille: quid, inquit, putas Fridericum principem propter se terras suas perditurum? Respondente Luthero: hoc se prorsus nolle; tum ille: & ubi manebis? cui Lutherus: sub cælo: pergit Italus: (huic enim nationi legatus ille ortum debuit,) si tu Papam & Cardinales in potestate tuâ haberes, ut te jam Cajetanus habet, quid esses factururus? Omnem, inquit, reverentiam & bona esse exhibiturus: quo audito, indignabundus ille discessit, aliam forsitan responsionem à Luthero sibi pollicitus. Vid. hæc descripta *Tom. I. Alienb. p. 150. b.*

§. 37.

§. 37. Objiciunt quidem hinc Pontificii; nullam in Luthero conspicendam fuisse fortitudinem, sed potius timiditatem, cum discesserit Augustam absque caligis, calcaribus, ocreis, gladio &c. atque ita Wittebergam pervenerit: (*Tom. I. Altenb. p. 151. a.*) Egregium (scilicet) dicunt hoc indicium Apostolici laeti animi: Sed Resp. recte B. Müller. in *Luth. Defens. c. 28.* hoc factum nequaquam esse ex timiditate, sed prudentiam Christianam. Cardinalis enim non nisi ex jure Pontificio, missis scripturis, disputare cupiebat: revertique ad se absque Revocatione Lutherum veterat: *Tom. 1. Alt. p. 150. b.* miserat insuper nuncium ad Rom. Pontif. cuius ad usque reditum detineri Lutherum Augustae voluit: quo tempore haud dubie in carcerem ipsum conjici curasset: Lutherus igitur recte Norimbergam appulsurus abiit: quod praecurrentibus Christo & discipulis fecisse eum, exquisitè probat Müller. *l. c.*

7) disputa-  
tio Lip-  
pica.

§. 38. III. *Disputatio Lipsiensis cum Eccio Theologo audaci, alacri confidenti & animoso* (uti vocat Sleidan. *lib. I. p. 31.*) de primatu Papae potissimum, *An. 1519. instituta.* Venit Lutherus Lipsiam, non ut disputator, ad hoc quamvis evocatus esset officium, sed ut spectator, in comitatu Carolostadii, eò quod à Duce Georgio nondum sibi fides facta esset publica. Est enim forti omnino cavendum, ne temerarie agendo in audaciam prolabatur. Tandem tamen Eccius ipse, perspectam nimirum virtute Lutheri, quae & in hoste laudanda venit, fidem nostro impetravit, sed in sui ipsius detrimentum. vid. Acta illa *Tom. I. Opp. Luth. Altenb. p. 268. 269. 270.* Sleidan. *l. c. p. 30. 31. 32.*

8) Com-  
bustio Ju-  
ris & Bullae  
Pontificiae

§. 39. IV. *Combustio juris Pontificii & Bullae Leonis.* Anno scilicet Christi 1520. d. X. Decembr. cum cognovisset Wittebergae Lutherus, quid fecissent scriptis suis Pontificii, convocata is tota multitudine scholastica, Jus Canonicum & Bullam Pontificiam palam in rogam conjecit hisce verbis: *Quoniam tu conturbasti Sanctum Domini, conturbet te ignis aeternus.* *Tom. I. Altenb. p. 539. b. 540. a.* Sleidan. *lib. 2. p. 53.* Atque ad hoc faciendum zelo inflammatus erat Heroico, quoniam libris suis idem fecerant Pontificii: inde & in scripto apologetico, ubi causas facti adducit, illud Simsonis addidit: *quemadmodum fecerunt mihi, ita feci ipsis.* *l. c. p. 544. b. conf. Danh. Memor. Luth. renov. c. X. p. 57.* qui simul subjicit, pro *lusu hoc habuisse Lutherum, quod decretales & Bullam Pontificiam exusserit; majus enim quiddam reliquum esse, & summopere necessarium, ut nimirum ipse Pontifex & sedes Rom. cum omnibus abominationibus incendio consumatur:* conf. etiam cit. *Tom. 1. p. 540. a.* §. 40.

§. 40. V. *Iter Wormatiense An. 1521. susceptum ad Comitia.* 1) Iter

Eluxit hoc ipso vel maximè fortis Lutheri animus. Tametsi enim (1.) inimicum Papistarum erga se animum deprehendisset fuorum librorum exustione : (2.) Exempla licèt Hussi & Savanarolæ Dominicanani eod. modo evocatorum & extinctorum postea , ob oculos versarentur : quamvis 3) amici hoc dissuaderent ; nec boni quid ipsi prædicere viderentur ; ille tamen Satanæ hunc terrorem esse sentiens , qui regnum suum labefactari videat confessione veritatis , eò abiit , nec ullum , qui noceret , invenit. *Tom. I. Altenb. p. 734. a. Sleidan. L. III. p. 56. 57.*

V Wormatiense.

§. 41. Insurgunt hîc rursus Papistæ , ac timiditatis Lutherum accusant , quòd Wormatiam non secus ac Augustam , absqve salvo conductu & fide publicâ impetratâ , se conferre non sustinuerit. Resp. 1.) hoc non fuisset confidentiæ , sed temeritatis atqve audaciæ , istis cum primis temporibus periculosissimis. Ac talis temeritas in Scripturâ quoque prohibetur : vid. Müller. *l. c. p. 357. seqq.* 2) Etiam à salvo conductu instructus evidenti satis periculo implicabatur : cum facillimè adversarii non ratione datæ fidei habitâ , occidere ipsum potuissent ; quandoquidem id ipsum ante hæc tempora Jo. Hussio infelici satis fato acciderat. Lutherus verò non veritus eos , qui corpus occidere , animæ autem obesse non possunt , auxilio DEI sui innixus , certissimam quoque opem divinam Wormatiæ expertus est.

§. 42. VI. *Abrogatio Missæ private ac cerimoniarum Papalium.* Diù hîc refragabantur Pontificii , nec derelinquere volebant tam gratissimam & opportunam , quæstum accipiendi , viam : sed quâ incedentes pessimè de se consultum aliquando fore non intelligebant. Lutherus itaque ut abrogationem illam dudum urserat , eaqve propter spei plenus ad Spalatinum an. 1524. scripserat : *Ego , si Dominus volet , istas missas abrogabo , vel aliud tentabo.* *Tom. II. Epp. p. 246.* Sic & eodem anno voti sui compos factus , maximam Ecclesiæ Wittebergensis mutationem vidit atqve reformationem ; adeò ut non solùm Missæ private , sed & aliæ pleræque inutiles cerimonie ac ritus abrogarentur.

2) Abolitio missæ private.

§. 43. Uti autem leonem ex ungue ; ita Heroëm ex victoriâ maximè & triumpho super adversarios perpetuo , egregiè cognoscimus. Atqve hîc non minùs Lutheri virtus numeris suis absolutissima cernitur. Plurimos eqvidem Antagonistas nactus erat Megalander , conatus ipsius retardare satagentes : sed illos tamen fortiter superavit , ut manus ei victas dare necessum habuerint. *Oppugnatum enim valè dissimè Lutherum novimus , victum nondum novimus :* uti fatetur Henr.

3) In heroicâ adversarium profligatione.

Corn.

nero con-  
discesserit  
ta Witte-  
icunt hoc  
Luth. De-  
ntiâ Chri-  
scripturis,  
erum vetu  
ontif. cu-  
o tempore  
gitur rectè  
discipu-  
laci, alacri  
natu Papæ  
at disputa-  
n comita-  
facta esset  
agendo in  
ctâ nimi-  
nostro im-  
Opp. Luth.  
is. An  
bergæ Lu-  
â multitu-  
am in ro-  
m Domini,  
eidan. lib.  
Heroico,  
o apologe-  
madn. odum  
Luth. renov.  
n, quòd de-  
n reliquum  
sedes Rom.  
etiam cit.  
§. 40.

Corn. Agrippa, homo Pontificius *Vol. II. Opp. apolog. contra Theologos Lovaniens. p. 294. art. XIX. Si enim stabat pro papâ unus; tres vicissim pro Luthero stabant*: quod est iudicium Caroli Miltitii Legati pontificii; vid. *præfat. T. I. Lat. Witt. f. 5.*

§. 44. Congrediebatur autem primus *Joh. Tecelius*, indulgentiarum ille Syeophanta; sed patefactâ ejus fraude, objurgatus eapropter à dicto Miltitio, mœrere paulò post contabuit. *l. jam cit. f. 6.* Hinc *Joh. Eccius*, quem asteriscis suis, obeliscis Eccianis oppositis, in disputatione insuper Lipsiensi Lutherus convicit. Successit *Sylvester Pricrias*, Dominicanus, Scripturæ confutatus autoritate. Scripsit posthæc acerbè contra Lutherum *Jacobus Hogostratus*, sed nihil inde lucratus aliud, quàm ut imperitia hominis patefieret. Benè de his tribus posterioribus dictus scriptor pontificius: *l. c. Descenderunt, inquit, contra eum (Lutherum) in arenam Hochstratus, Pricrias, Eckius, sed ita pugnantes, ut præter risum nil reportarent.* Conf. *Sleidan. Lib. I. p. 3. 4. 5. & Tom. 1. Luth. Altenb. f. 68. 69. 70.* Anno 1518. *Heidelbergenses* in Disp. de Justificat. fidei aggrediebantur. Sed unde Lutherus cum summis, etiam Buceri elogiis discessit: vid. theses *D. sp. Tom. 1. Opp. Lat. f. 141.* Minabatur tela eod. anno *Augustæ Cajetanus* Card. ex quibus periculis quomodo fortiter emerferit noster, dictum supra §. 35. 36. Taceo *Emserum* aliosque paria cum præcedentibus fata expertos, vid. *T. I. Altenb. f. 556. seqq.* imò ipsum Pontificem *Leonem X.* rugientem fatis leonem, qui *nihil intentatum reliquit, quò Lutherum opprimeret.* *Sleidan. L. 1. p. 8.*

§. 45. Secuta postmodum agmina hæreticorum integra, qui multum negotii facebant Lutherò: Oppugnandi enim erant *Anabaptistæ* & fanatici, *Munzerus*, *Pelargus* aliique, quorum furor anno maximè 1525. deprehendebatur, cum semina jam An. 1522. sparsa essent: quò tempore & *Carolo Stadius* cum suâ Iconomachiâ aliique *Sacramentarii*, *Zwinglius* & *Oecolampadius*, turbas dabant, quæ contentio ad annum usque 1527. duravit, & An. 1543. iterum recrudit, *Dresser. Millen. VI. p. 60. 67. seqq.* An. deinceps 1538. orta est *Antinomorum* secta, quos copiosè refutavit noster, eoque adegit *Islebium*, *Coryphæum* illorum, ut errorem agnosceret, & publico quoque scripto confiteretur. *Sleidan. L. XII. p. 337. sq.* *Schwenckfeldium* cum *Afleclis* an. 1543. hæresin tradentem pestilentissimam, cum damnosissimis scriptis suis missum se facere jussit, & *Sathanæ* filium ipsum increpuit: vid. ponderis & gravitatis plena verba citata ab *Adamo p. 151.*

§. 46.

§. 46. Probè igitur hic notanda sunt, quæ sup. cit. Agrippa l.c. p. 294. 295. habet, ubi Lutherum quidem *hereticum*, sed *invictum* vocat, & in hunc usque diem proficere in pugna affirmat: postmodum adversarios suos ita graviter affatur: *utinam non solum sit invictus hereticus, & non etiam hereticorum victor, magno magistrorum nostrorum dedecore. Quis enim vicit Anabaptistas? quis restitit Sacramentariis? Nonne unus Lutherus? Date vos vel unum scriptorem Academiæ vestrarum: quo illos vel latum digitum loco moveritis.*

§. 47. Atque talem invictum in Luthero animum cum perspexerint adeo ipsimet adversarii, non potuerunt sanè, quin laudem ipsi sæpius tribuerint optimam.

§. 48. *Münzerus* sanè Anabapt. non semel *den theuren Mann Gottes und tapffern Christen, Held* vocat. *Zwinglius* cum  *Davide*, Goliathi victore, (citantibus *Heidelb. im Ausführl. Bericht f. 71.*) *Peucerus* cum  *Heliâ*, fortissimo illo veri cultûs divini propugnatore, *Hist. f. 595.* comparant. *Calvinus* *Periclem*, qui eloquentiâ suâ totam Græciam commovisse dicitur, vocavit. Et fatetur, *etiam si se vocaret diabolum, tamen se resistere nolle.* *Epp. f. 383.* Et qui resistat, quem verè talem esse novimus, qualem Epigramma imagini ejus Heidelbergæ excusæ subscriptum prædicat:

Juppiter ut Titanas obarmatosque Gigantes  
Quondam dejecit fulmine flammivomo,  
Sic tu Pontifices Tiberinos, sæve Luthere  
Prostrâsti tonitru non inhibende fero.  
Quis sibi non Salium metuit? tuus halitus ignis,  
Vox fulmen, calamus grando, cor Ætna fuit.

§. 49. Atque hic Lutherus ille, qui major (Erasmi judicio,) *quàm ut in illum quisquam scribat: Vir ille etiam hostium judicio magnanimus, ac tali acertè ausus, quæ totus miretur orbis, & unus ferme orbi conjurato obnixus: quod judicium Hoffmanni in Lexic. Univ. fol. 954. b.* Præstat de tanto Heroë silere, quam plura insufficienter dicere: vid. tamen adhuc præ aliis de eo *Selnecker. Orationem in Lutherum habitam*, ubi prolixius Heroa nostrum celebratum ivit.

## CAP. II.

### DE MATTHIA FLACIO.

§. 1.

Quandoquidem tempore Reformationis *hujusmodi virtus constan-* II.  
*tiaque divinitus data multis fuit, ut quidam molestias & arumnas* Flacius.  
C 2 CAR-

carcerum cum voluptate suscipere ac subirent, alii amissionem bonorum æquo ferrent animo; multi verò ne mortem quidem eamque acerbam per-  
timesterent; teste Danh. in memor. Luth. Renov. c. X, §. 8. p. 61. De  
Flacio certè tantam quoque prædicare virtutem licebit, qui bella Do-  
mini strenuè maximè fortiterq; gesit. Sublato enim A. 1546. è vivis Lu-  
thero, nova mox oriri disidia Religionis cœperunt, quibus ipsi quan-  
doq; orthodoxi implicabantur, nec semper γυνώσκω tales reperiebantur.

Heros

§. 2. Cum primis autem famam suam latissimè spargit libellus  
ille *Interim* dictus, seu certa Religionis formula circa An. 1547. &  
1548. à Triumviris Julio Pflugio, Michaële Sidonio & Johanne Agri-  
cola composita, quâ uterentur Protestantes, usque dum finitum esset  
Concilium Tridentinum, A. 45. cœptum.

§. 3. Quemadmodum autem in eò libro *de Adiaphoris* maxi-  
mè sive rebus mediis, quæ in Ecclesiâ, Religione inviolatâ, si tempus  
confessionis nō sit, recipit quandoque, interdum & omitti possunt, age-  
batur: ita noxia simul plurima ibidem, eventumq; allatura haud fortu-  
natum, continebantur: unde dicere consuevimus: Das Buch *Interim*  
hat einen Schalk hinter ihm. Etenim per res illas medias via Pontifi-  
ciæ Religioni, paulatim introducendæ denuò aperiebatur; quod ta-  
men haudquaquam factum esset, si præeunte Apostolo (Gal. II. 5.) sub-  
introducitis falsis fratribus ne ad horam quidem cessissent.

a) in causâ  
Interimi-  
sticâ.

§. 4. Atque hinc Flacius heroëm se omninò præstitit. Hæc enim  
re cognitâ Wittebergam ad munus professorium, à quo motus bellicus  
antehæc detinuêrant, rediit: illisq; omnibus qui remittere aliquid, &  
lenes nimis esse in causâ Adiaphoristicâ videbantur, se fortiter oppo-  
suit, quid inde consecuturum damni sit, commonstrans. Neque enim  
amplius esse adiaphora asseruit, quibus opinio cultus ac necessitas ac-  
cedat & impietatis detur occasio. Sleidan. L. XXIII. p. 658.

§. 5. Cumq; & Melanchthon in hoc bello adiaphoristico minus  
acriter pugnaret; Flacius hunc præceptorem suum in actione istâ dese-  
ruit; & Magdeburgum se recepit. Sleidan. l.c. ubi gravissimâ ad ipsum  
confutatione probavit, quòd persecutores adversariorum τῶν *Interim*  
sint ipsius filii DEI persecutores.

§. 6. Porro Magdeburgi, socium nactus Nic. Gallum, confidenter  
Papatum, & Adiaphora, & quæcunq; A. C. repugnare viderentur,  
oppugnavit ac Interimistas illos, quod dissimulanter agant, accusavit:  
Sleidan l.c. Adam. in vitâ Flacii p. 474. Hinc etiam admonitionem t. t.  
edidit de vitandò errore Adiaphoristico conscriptam; ut & alias plures  
ad

ad Ecclesias Lubecenses v.g. & Misnicas, ut in agnitâ veritate Evangelii  
perstent, directas. Atqve sic brevi effecit tantum, ut noxius ille liber  
aboleretur ac tolleretur.

§. 7. Neqve verò solum Adiaphorismi & Antichristianismi op-  
pugnator fuit eximius; (uti ipsum Verheydenius appellat) sed & contra  
alios veritatis Christianæ hostes masculè sese gessit.

b) in con-  
futandis  
hæreticis  
aliis.

§. 8. *Osiandri* enim de Justificatione Homini coram Deo dogma Fla-  
cius inter primos solidè refutavit: & *Sacramentarios* atq; *Schwenckfeldiū*  
totâ per vitâ incurfavit, cumq; aliis egregiè convicit: Adam. p. 474. 475.

§. 9. An. 1561. Jenæ cum Victorino Strigelio de Libero Arbitrio forti-  
ter disputavit: nec dubiè abiisset victor, nisi nævo illo notissimo, de  
Peccato O. hominis substâtiâ, se conspersisset. Ut alia heroica transiliam  
nunc ipsius facta, ad quæ etiam heroicus ille labor in compilandis &  
digerendis Centuriis Magdeburgensibus adhibitus referri meretur.

§. 10. Malè eqvidem judicat de Flacio Hoornbeek, Calvinianus,  
inquieta cum ac duro fuisse ingenio asserens. *Controvers. p. 652.* sed fa-  
tetur tamen idem simul, ipsum adversus Papistas non pœnitenda præ-  
stitisse. Tametsi verò illa dicto sese haberent modo, non tamen cor-  
rueret statim illud, quod diximus antea, Flacium in defendendâ ac pro-  
movendâ Religione verâ, heroicâ virtute instructum fuisse. Nam id no-  
tandum probè, Heroicam virtutem tantùm quærendam esse in illis a-  
ctibus virtutis præcisè, cujus gradum heroicum huic vel illi homini tri-  
buimus, & non in aliis; simul non ad initia, sed eventum actionum re-  
spiciendum esse. Exemplo Jul. Cæsar est, qui virtutem habebat heroi-  
cam, maximè dum primæ Monarchiæ fundamenta jaceret: licèt aliàs  
in nonnullis actionibus maximè vitiosus, & propter libidinem vel mili-  
tibus suis suspectus esset; inde cantilena illa apud Svetonium in *Cæs. §.*  
*51. Urbani servate uxores, mæchum Calvum adducimus.* vid. *Excell.*  
*Dn. Præsid. Colleg. Ethico-polit. MSC. in Tab. Thom. T. XXVII. & e-*  
*jusd. Præfationem huic Disput. præmissam, in fine.*

### Cap. III.

## DE JACOBO ANDREÆ.

### §. I.

Qvod Jo. Staupicius per jocum quasi prædixerat de Luthero, svasu-  
rus, ut hic Doctoris gradu ornari se pateretur; *Multum negotiorum*  
*DEO jam in Ecclesiâ fore, ad quæ & ipsius usurus esset operâ,* (Melanchth.  
*præfat. Tom. I. Opp. Lat. Witteb. f. 45.*) tantum ei abest, ut non respon-  
derit

III.  
Jacobus  
Andræ

derit eventus, ut haud Lutheri modò sed &, ipso mortuo, aliorum in Ecclesiâ opera, crescentibus quippe disidiis, fuerit adhibenda.

Heros

§. 2. Atque in his ponendus vel primo loco D. Jac. Andreæ venit. Quemadmodum enim Lutherus initiis successuque Reformationis, quam ipse adjuvit Heros, admirabili inclarescit: quemadmodum Flacius *συρράξιος* Interimisticae terror & malleus jure suo quodam audit: ita Heroa meritò & Andream vocamus, qui *ἀνδρείως* & masculè sanè iis disfidiorum reliquiis, quæ eminebant temporum illorum pravitate, se opposuit, atque ad consensum perducere orthodoxum, præscriptâ certâ formulâ, allaboravit.

a) Construendi Operis Concord. procuratione.

§. 3. Commendat itaque Heroëm Andream vel maximè *Opus Concordiæ Ecclesiarum nostrarum*, quod ejus ardore ac studio indefesso ultra decennium, collatis tamen aliorum sententiis, confectum An. demum sup. sec. 80. cum desideratum dudum fuisset, prodiit. Hutter. *Concord. Conc. c. 36. f. 251. seqq.*

§. 4. Imminebat sanè præsentissimus Ecclesiæ interitus, irrepentibus Crypto-Calvinismi & papalium hæresium pestibus, quarum longè lateque venenum diffundebatur. De pio ergò & constanti cogitandum erat consensu, ubi certis quibusdam articulis veritas de rebus controversis brevissimè perspicueque sine ullâ verborum ambiguitate proponeretur. Quod consilii uti D. Jacobus ipsemet in literis ad Theologos Witteberg. hâc de re An. 69. perscriptis, suppeditavit; (Hutter. *Concord. Conc. c. 2. f. 27. a.*) ita ab Electore ipso & principibus, qui effectui idem daret, melior non fuit inventus.

§. 5. Equidem irriti sub initium videbantur conatus ejus, præcipuè apud dictos Wittebergenses Theologos, tergiversantes multum, ac lucem fugientes; quid? Andreæ ipsi blanda errorum suorum palliatione subdolè imponentes. vid. omninò Hutter. *cit. l. f. 28. & 31. a.* Noster tamen heroico animo ista moratus nihil, quæ facerent ad obtinendum finem, non omisit, remque deduxit eò, Augusto inprimis Elect. Saxon. post DEUM moderante, ut magno numero varii passim subscriperint huic Formulæ Concordiæ; quod impossibile visum antea fuerat adversariis, Pontificiis præcipuè, nostrorum disidia inter se objicientibus sæpissimè: *non duos quippe aut tres inter ipsos Ecclesiarum Aug. Conf. ministros esse, qui de doctrinâ consentiant in omnibus.* Jam autem *re ipsâ factò & opere vanitas & falsitas illorum fuit refutata;* Adamus *invit. Andr. p. 649. 650.*

§. 6. Quis autem hîc virtutem non deprehendat Heroicam? quàm  
inex-



inexhausto enim arduum illud opus labore constitit! quot & quanta requirerentur itinera, ad Electores, Principes, Academias &c. instituta! quas disputationes, quot colloquia, quot conventus habendi, uniceque dispiciendum erat, ne alicubi error admitteretur: quot adversantium turmae fugandae veluti, quot sopiendae veniebant controversiae! Fortiter, haec omnia & constantissime sustinuit Andreae, felicissimeque executus est. Unde ipsemet plenus fiducia ad Julium, Ducem Brunsvicensis scribit, *se ne latum unquam a doctrina libri Concordiae, quam non esse Spiritus S. Doctrinam, a B. Lutero & orthodoxis quibusque semper assertam, discessurum*, Hutter. l. c. 325. a. Audiat ergo der Erh. Meisner erste Anfänger und Director des Concordien Buchs; quae nomina cavillaturi imponunt adversarii in *Catech. Ubiquitist.* p. 21. & 185. nos profecto non in opprobrium sed laudem & gloriam ejus haec vergerere immortalem asserimus. Idem enim isti dicunt, quod insinuat eulogium illud non praedicandum satis, ab ipso Electore Sax. Augusto Bibliis Complutensibus Andreae donatis, inscribi curatum: ubi *vir summus, pietate, virtute, & doctrina ornatissimus, doctrinae caelestis ab ultimi Heliae D. D. Lutheri morte in his regionibus instaurator integerrimus* Andreas noster dicitur; Melch. Ad. l. c. p. 650. seqq.

§. 7. Neque verò hoc unico se noster verum Andream praestitit: sed extant multò plura vestigia, quibus lectis cognosci ejus quam facillimè virtus heroica potest.

§. 8. Singulari sanè factum dixeris omine, quòd hic Theologus laudatissimus, ob eximias divinasque propemodum, quae in adolescente statim eluxerunt, animi dotes, annos natus XIX Ecclesiae Stutgardiensis minister sit designatus. Temporiùs scilicet suam Ecclesiae operam commodare debebat, qui multis aliquando eam meritis, & heroicam cum primis contra haereticorum imperiis propugnatione devincturus sibi erat. Hòc igitur in officio constitutus, luctuosum illud Germaniae bellum à Carolo V. Protestantibus motum, An. 46. exardescere vidit, in quò cum Imperator victor Ducatum VVürtembergiae occupasset, misera sanè illius provinciae facies cernebatur. Sed Andreae nihilo secius cum suis constantissime stationem tenuit, suoque muneri & officio, quò concionando, quò Sacra administrando, medios inter Hispanos vacavit gnaviter. Nec illi, quò divinae adscribendum protectioni, vim ipsi intulerunt ullam, nec in officio unquam impedire: teste Melch. Adam. *in vit.* p. 637. qui tale quid etiam de itineribus ejusd. affirmat. p. 650.

§. 9. Dememinisse hinc non debemus, quanta fuerit in Andreae vis instillandi puritatem doctrinae ac praedicandi verbum Domini ad hominum salutem. Quoties enim immersos caligini Pontificiae extraxit opportunè, & pervicacissimos quoque ad fidem convertit! Lege exemplum tale de Judaeo quodam de pedibus jam suspensio, extremae malitiae homine, apud Adam. l. c. p. 639. & p. 643. de Nobili quodam à Liebenstein; à quo rogatus Andreae postea, ut verbum divinum sibi suisque proponeret, tanto id cum zelo pariter atque gaudio executus fuit, ut singulis diebus Dominicis ac festis à prandio, ubi prius Göppingae mane suos docuisset, egressus

b) immotam  
inter per-  
ricula constantiam.

c) ardore  
mirabili  
docendi  
& praedicandi verbum.

in

19. 5355  
OK

in pagum concionatus fuerit ; post in oppidum regressus vespertinam habuerit concionem; idq; longo tempore gratis. In Concionibus autem mera sonabat tonitrua, in ciēdis quippe affectibus naturā & arte instructus. Adam. 659. Quid? quod strenuus adeo in promovendā doctrinā Evangelicā fuit, ut Aug. Confessionem in Græcam Lingvā à D. Paulo Dolscio transferri & Constantinopolim ad Patriarchā Orientalem Jeremiam A. 1574. transmitti curaverit: teste Danh. Memor. Luth. renov. c. X. p. 60. quicquid sit de sinistrā adversariorum hujus facti interpretatione.

d) Ecclesi-  
arum Re-  
formatio-  
ne.

§. 10. Reformationem ac repurgationem plurimarum particularium Ecclesiarum quid dicam? Ottingensis, v. g. Helfensteinensis, Badensis, Brisgoiensis, Rotenburgensis ad Tubarim, Lavinganæ, Hagenoënsis, Eslingensis, Brunsvicensis, Alenensis &c. ubi jam adversarios confutavit, jam ceremonias eradicavit noxias, jam veram doctrinam tradidit, jam hæreticos & falsos ministros eliminavit: quæ sanè opera non nisi ab extraordinariè virtutibus instructo heroë præstari potuisse arbitramur. Conf. de his omnibus cit. sæpè Adamum in vitâ Andreæ.

e) Hæreti-  
corū con-  
futatione.

§. 11. Venio tandem ad validissimam hostium profligationem, unde haud minus heroicum Andreæ animum perspicimus. Fecit autem illud tum verbo tum scripto: potens enim erat in refutando adversarios sanæ doctrinæ (Adam. p. 659.) ubi & disputationes ejus adducit de omnibus propemodum controversiis Ecclesiasticis habitas, contra omnes errores istorum temporum, quorum argumenta refutavit, & quidem tanto studio, ut plerumque dies continuaret integros, aut etiam plures &c. Laudari inter alia scripta meretur *Disputatio de Ecclesiâ*, quam adornavit ita, ut Colloquium Lutheranum inter Theologum & Jesuitam videri possit. Tanta autem contentione & studio hoc confecit opus, ut optarit, si fieri possit, non solum se manibus, sed etiam pedibus scribere posse; nec aliter se affectum esse dixit, ac si quis sibi instaret & ad festinandum urgeret. vid. l. c. Caterum cum nocere nostro potuerit nullus; ipse veritatis hostibus à se debellatis strenuè, nocuit plurimum, quorum maximam partem, Staphylum v. g. Apostatam, Hieron. Zanchium, Rupium, discipulum Flacii, aliosque, ut & scripta adversariorum confutata adducit sæpè allegatus Calvinianus in vitâ Andr. p. 642. 645. 648. 652.

§. 12. Quibus sanè ita se habentibus patescit de facili, quam verè fateri incomparabilis hic heros in agone constitutus potuerit, se non modo non membrum Ecclesiæ hæreticæ fuisse, sed & gravissimè eandem impugnasse, & quam ediderit semel confessionem fidei, eam in divinis literis traditam se aliquando coram tribunali Christi infracto animo defensurum esse. (l. c. p. 556. sq.) O salutaris omninò *πεπολιθης!*

§. 13. Atque hæc sunt ea, quæ de his Ecclesiæ nostræ Heroibus ego Tiro in medium affere volui, potui. Tres elegi è superiori seculo, qui in tribus Ecclesiæ periculis præcipuis Heroas omninò præ aliis se gesserunt; laudes tamen omni præconiō majores, quas alii quoque, Brentius in primis, Chemnitius eorumque similes, meriti fuerunt, nullo eis modo per silentium meum eripere aut imminuere cupio; gradum tantum heroicæ virtutis, quem Triumviri mei propriū habuisse visi sunt, illis non invidis nec invidis, admirari & describere institui. Rogo autem DEUM O. M. ut hoc nostro etiam seculo Heroas similes, ceu hætenus in variis Ecclesiæ conflictibus & calamitatibus fecit, quosque tacitè quidem, intimè tamen jam veneratus fui, dare ac conservare velit per & propter Filium suum, Heroem geminæ substantiæ, Regem & Dominum nostrum benedictum in secula!

Δ. Τ. Θ.

m.c.



habuerit  
nabat to-  
vid?qvòd  
ionem in  
atriarchā  
or. Luth.  
etatione.  
Ecclesia-  
s, Roten-  
nsis, Ale-  
xias, jam  
qvæ sanè  
tuisse ar-  
  
haud mi-  
erbo tum  
n. p. 659.)  
iis Eccle-  
gumenta  
os, aut et-  
qvam ad-  
ideri pos-  
eri possit,  
ectum esse  
a cum no-  
è, nocuit  
ron. Zan-  
confuta-  
  
ri incom-  
membrum  
n edideri t  
coram tri-  
is omninò  
  
iro in me-  
lesia peri-  
omni præ-  
q; similes,  
ere cupio;  
e visi sunt,  
rem DEum  
is Ecclesia  
jam vene-  
a geminæ  
a!

ULB Halle

3

004 957 040



V. D. 17





me consult.  
bus, qui m  
dram add  
à me fuer  
iam atq; A  
lei fuere;  
stantinos  
tè describe  
vel me con  
enim illust  
tem delin  
dum faci  
Ecclesia ne  
eminueru  
runt illi,  
ipsius Refe  
cius & fa  
sidia nata  
Principum  
cordie con  
spiritu vic  
vandum  
precipuum  
intuitu t  
te non c  
potuit, q  
fenderent  
cursus di  
ca, quæ si  
censendis  
sed verè h  
dam tam  
transilire



Hinc ex Heroi-  
quos in cathe-  
defenderes, Tibi  
um Flacius et-  
reticorum mal-  
ipum, qui Con-  
ia merita debi-  
o, propter quod  
ere possit. Ita  
opum Tuum sal-  
bet inter legen-  
on de omnibus  
m, qui superiori  
ransiliendi fue-  
post Lutherum,  
Matthias Fla-  
nterimistica in-  
reliquia illorum,  
Formulam Con-  
heroico prorsus  
n singulis obser-  
vica exemplis est  
tium, quorum  
itaq; si quò for-  
tris, obstare non  
illi à Te atq; de-  
re imprimis con-  
vera sint Heroi-  
possent; Tu in re-  
er inspiciantur,  
id potuisti, quæ-  
vera, facile quog;  
ego non tantum  
deme-